SAC. ROTÆ ROMANÆ

DECISIONES

A

LVDOVICO POSTIO, V.I.D. PERVSINO COLLECTÆ AD TRACTATVM

MANDATI DE MANVTENENDO,

Siue ſummarijſſimi poſſeſſorij, Interim, nuncupati.

QVARVM ALIQVÆ ANTEA IMPRESSÆ, quamplurimæ de nouo in lucem editæ;

Totam ſummariiſsimi poſſeſſorij materiam illuſtrantes.

LVGDVNI,
Sumptibus IOANNIS CAFFIN.

M. DC. XLVII.

CVM PRIVILEGIO REGIS.

DECISIONES SAC. ROTÆ ROMANÆ IN TRACTATV MANDATI DE MANVTENENDO ALLEGATÆ.

R.P.D. PIROVANO.

AQVILANA VNIONIS FABRICÆ

Lunæ 17. Maij 1610.

SVMMARIA.

1 *Inſtrumentum adeptæ poſſeſſionis, alio tunc in ea non exiſtente, probat poſſeſſionem manutenibilem.*
2 *Ampl. eo magis ſi ſit colorata titulo.*

DECISIO I.

DANDUM eſſe mandatum de manutenendo Procuratoribus Fabricæ Collegiatæ, & Parochialis Eccleſiæ S. Mariæ de Intempectis Aquilanenſis, quia de eorum poſſeſſione conſtat ex inſtrumento illius adeptionis, de quo in *ſummario,*
1 *num. 1. die 14. Martij 1507.* † quod, alio tunc non exiſtente in poſſeſſione probat, & manutenibilis eſt poſſeſſio, *Caſ. de Graſ. deciſ. 5. de cauſ. poſſ. & propr. num. 1. Capitaq. deciſ. 12. alias 149. de reſtit. ſpoliat. & ſæpiſſime reſolutum fuit, Rot. diuerſ. deciſ. 62. num. 1. par. 2.*

2 Quæ poſſeſſio † magis videtur etiam confirmanda, cum ſit colorata ex titulo vnionis factæ iuxta formam Sacri Concilij Trident. *ſeſſ.* 21. cap. 5. per quem bonum ius reſultare videtur, &c.

CARD. LANCELLOTTO

CARTAGINENSIS PENSIONIS

Lunæ 13. Martij 1600.

SVMMARIA.

1 *Manutentio datur poſſidenti.*
2 *Manutentio competit etiam poſt ſententiam, rem iudicatam, & cœptam executionem, vbi eſt commiſſa, & pendet apud principaliter cauſa nullitatis, & num. ſeqq.*
3 *Deſerta appellatione non dicitur deſerta cauſa nullitatis.*
4 *Clauſula in prima cognitione poſita cenſetur repetita in ſubſequentibus.*
8 *Executio cœpta dicitur per decretum, & reproductionem executorialium, ſed ſi deficiat citatio ſuperſedetur.*

DECISIO II.

FVIT per Dominos concluſum D. Michaëlem † eſſe manutenendum in poſſeſſione exigendi penſionem, in qua exiſtit, *§. retinendæ, & ibi Io. Fab. n. 56. Inſtit. de interd. l. 1. §. huius autem l. ait Prætor. §. quod ait, & ibi Bart. ff. vti poſſid.* 1
etenim de illius poſſeſſione conſtat tam ex teſtibus